

propinabit¹. Cumque mactabitur, vivet et regnabit. Et in consumatione² bonos iudicabit et malos. Hinc venient IIII^{or} animalia alata³ et nomen agni tuba canent, legem eius serentes⁴ in orbem.

Eritque stella splendidissima, facies habens IIII^{or} 5 animalium, eritque in tuba mirabilis, illuminans, sponsam agni clarificans, Danaos illustrans, in Eneaden⁶ vincietur, et vincula eius victorum a diabolo erunt liberatio, et nomen agni usque in finem seculi⁷ exaltabit.

In Eneaden⁸ latus piscatoris gladiabitur, morietur. Porro gloriosus exitus eius. Eruntque in diebus eius due stelle lucidissime⁹, quibus IIII^{or} erunt¹⁰ animalium facies, tubam prioris stelle resument. In paupertate et deiectione deserentes divitias vociferabunt nomen agni. Eritque draco spuens aquas sicut Nilus, quas stelle in fortitudine et gratia minorabunt, suffocantes peccata, virtutes plantantes, sponse monilia decorantes. Porro veniet bestia contradicens agno, habens pedes sexcentos sexaginta tres, capita septem, cuius rugitus ab occidente usque Yspaniam et Africam¹¹ audietur. Erit terribiliter aquas draconis augmentans, et adorabunt eam¹² qui delebuntur ab agno; et due stelle erunt in contradictione bestie et¹³ non poterunt prevalere. Reges¹⁴ in sudore¹⁵ terribili, et pedes eius non minorabunt, quousque voluntas altissimi consumetur. Et erit leo fortissimus ab occidente veniens¹⁶, habens capita quinque, coloris celestis, maculatus auro. Irruetque in bestiam, caudam¹⁷ devorans, pedes autem eius omnino non ledet. Morieturque leo, et bestia confortabitur vivetque, usque dum postrema¹⁸ abhominatio¹⁹ sedeat, et post abhominatio-

1) 'proinabit' V. 2) Für 'in consumat.' hat P: 'consummabuntur omnia, fiet regeneratio hominum' aus der ersten Rec. 3) Natürlich die vier Evangelisten, wie in der ursprünglichen Sibylle S. 162, wo wohl auch 'alata' mit den Hss. 2. 3. 5 einzusetzen ist. 4) Für 'legem eius ser.' hat P 'legentes'. 5) 'quatuor habens' P. 6) 'eadē' V und P. 7) 'sec.' fehlt P. 8) 'eneade' V; 'eneade' P. 9) Was die ursprüngliche Sibylle S. 166 über die beiden Bettelorden sagt, steht hier an ganz unpassender Stelle. Der Uebersetzer, verführt dadurch, dass in der ursprünglichen Sibylle auch schon S. 162f. von den beiden Sternen die Rede ist, scheint die Stelle missverstanden zu haben, sonst könnte er die Orden nicht in die Zeit von Petrus und Paulus versetzen, obwohl doch das, was er sagt, in seinem Sinne auf die Orden passt. 10) 'erunt quatuor' P. 11) 'affricam' P. 12) 'eum' P. 13) 'et' fehlt P. 14) Wie es scheint, ist 'erunt' aus der ursprünglichen Sibylle S. 162 zu ergänzen. 15) 'sudor terribit' V. 16) Am Rande in P: 'Att[ende], quis leo iste ab occidente veniens'. 17) 'caudamque' V. 18) In V folgt 'tempora' durch untergesetzte Punkte getilgt. 19) 'habominatio' V.